Wadowski Aegidii Steph: Tomus tollendis tenebris traditus Thomas Theologus Thaumaturgus. Cracoviae Typis acad. a. 1727.

495

TOMVS
TOLLENDIS TENEBRIS TRADITVS,
THOMAS
THEOLOGVS THAVMATVRGVS,
Templô Tremendæ
TRINITATIS,
Tranſcurrente triumpho
TANTI TVTELARIS,
Tenore Tulliano
TRACTATUS.

TVnCqVe ToMVs (a) trIstIs, toLLebatt VrbIDa terrIs.

(a) CHRISTVS Paſſus.

1724.

IN ARMA PERVETVSTA.

ILLVSTRISSIMÆ DOMVS.



ILLUSTRI MAGNIFICO DOMINO D. JOSEPHO ANTONIO

De Radomicko

RADOMICKI

CASTELLANIDÆ POSNANIENSI,

Domino, Mecænati Faventiſſimo.

Sapientiæ Oceanus, Eruditorum prodigium, Virtutis Imago, Angelorum DOCTOR, *Titaneus Lycæorum Præſes* THOMAS, *quem Tu erudito Curſu per ſtagyriticam quotidie inveſtigas arenam, in Tuum ultrò comparuit Campum. Illuſtris ac Magnifice Domine. Parũ illi eſt in docta eruditorum morari arena, parùm philoſophicam metari aciem, parùm ſideream incolere Olimpi ſedem, niſi etiam in avito Majorum Tuorum Campo terrigenam agat. Injuſtè quidem à ſuis Commilitonibus Bovis quondam ſortitus titulum, hunc tamen eò modeſtiùs antea toleraſſet, ſi in Tuis Arvis, ſuam haberet ſtationem. Applaudit e-*

idem tædifer Dominici Catulus, crede quidquid in Tuo venabitur Campo, Tibi in prædam & spolium cedet. Habet THOMAS; utpotè Trabeatorum Ducum propago, Mitratorum Principum genuina soboles, hæreditarias arvorum possessiones, pridem tamen easdem contempsit, tuum Campum nativum nonnisi exambit, legitime; quia non asq; capitali Summa Summæ, quam tenet Possessor; de qua si & Tu in AristotelicoThomistica Academi Stoa particípas, jus ad Tuum gentilitium fundum, eundem habere non negabis. Imò si TOMUS esse probatur; nullibi suorum foliorum ampliores capiet margines, quàm à Kotficij Campi limitibus, non aliundè rectiores derivabit lineas, quàm à campestribus vestrûm parallellis. Agnoscit tot insurgentes fidei, sibiq; adversarios, ijsdem, in patrio Tuo Campo duellum indicit, in tàm triumphali acie victor evasurus. Et si, à dentato semine armatam virorum phalangem Cadmea orbi quondam produxerunt arva, certè in KOTFICIO Campo, ab eruditis THOMÆ capitibus, à tot foliorum articulis, non minor ad suppetias pugnatori Aquinati, surget Heroum syllabus. Nec immeritò; Campus vester Imperatorum mensuratus fascibus, triumphali Heroum inaratus telò, ipsisq; Cæsaribus hæreditarius, in eam usq; ad sæculorum invidiam devenit fæcunditatem, ut totus rubeus factus, ad solas nonnisi fæcundus Purpuras colatur: eumq; sortitus humorem; ut si ejusdem prematur gleba, muriceas tantùm cum ostro stillabit guttas, tàm sua ubertate, quàm innata planicie, ubiq; commendabilis. Quanquam planiciem hanc, fortunæ opus esse dixerim, quæ Magnorum RADOMICCIORVM præsaga, in Campo KOTFICIO vel ideò nihil locari voluit; ut certaturis pro Domo tanta honoribus, commodior certandi daretur Campus, & ampla currentibus pateret Appia. Ita est: Primi Regni nostri quærantur tituli, non alibi eosdem morari constabit; Ipsi purpurei honores Campum hunc colere non erubescunt, alibi sola quiete contenti. Absit tamen rudi humilioris calami acumine ab immortalibus Campi vestri pulveribus, tot Purpuratas Majorùm tuorum exhumare animas, absit togatos Avorum Atavorum Tuorum suscitare manes, quiescant potiùs, tot magnis fatigati meritis, ipsos nonnisi, quos etiam me tacente hodie fama loquitur, orbis præsentes adorat, posteritas admirabitur, magnis characteribus

con-

conscriptos veneror Patres. Illustrissimum ac Magnificum Dominum VLADISLAVM RADOMICKI CASTELLANUM Posnaniensem Parentem tuum Dilectissimum, PATREM Patriæ æstimatissimum. Qui Purpureô conspicuus ostrô, tantùm omnium præesse videtur in suo Campo affectibus, quantùm Rosa in hortis floribus, ex hoc vel maximè eidem persimilis, quòd sua canenda posteris acta, semper sub rosa habere prætendit. Patriæ commodis, Divorum Aris, egenorum miseriæ, ea munificentiæ expendens documenta; ut si vel ipse KOTFICIVS Campus in aurifodinam transiret, adhuc ejusdem liberalitati non sufficeret. Tantumne? etiam plura in Campo vestro hodie Purpureus honor incolit Nomina, Illustrissimos ac Magnificos Dominos MATHIAM Palatinum Inovladislaviensem. Majoris Poloniæ Generalem, ANDREAM Palatinum Posnaniensem utrosq; RADOMICCIOS Patruos Tibi Dilectissimos, Coronæ Civium sine pretio gemmas, ingentia Patriæ fulcra, & Scipiones Majores: de quibus cum nihil differunt verba, totum loquuntur silentia. Ad vestri etiam Campi majestatem & amplitudinem accedunt primæ Magnitudinis in orbe Sarmatico Sydera, utriusq; Sangvinis nexu mota, GAIEWSCII SZOŁDRSCII OPALENSCII, LESZCZINII ZALESCII, GARCZENSCII, GOSTĘNCII, BVKOWIECCII, BOBROWNICCII, BRONISII, PONIENSCII, NIEGOŁEWSCII, CZARKOWII, KOSINOWSCII, &c. & Si ab alto perpenderis, huc tota Lechiæ trahetur Nobilitas, quæ omnium animos excedit, in Te pingi & claudi contenta; cum ejusdem insistas dexter vestigijs; Ad Cracias Musas veniens Apollineum Parnassum Tuo adventu altiorem fecisti, & in littore Academicæ Hipocrenes stans, Lympha Tibi reddente imaginem, qualis quantusve futurus sis monstrasti. Crederem omnes Musas, quæ Te invitarent, è Parnasso evocasses, ni ipse ad easdem properasses hospes. Quanquam Tu solos nonnisi Regiæ Palladis elegisti haurire fontes; ut nihil non Regium posthac saperes, ex quibus ad satietatem libasti, nunquam tamen ad tumorem. Et cum alij leviori per literarum Olimpia scandentes pede, magis sciri, quàm scire exâmbiunt, Tu suspensô ad gravitatem superciliô, maturo ad profectum gressu, utrumq; supra ætatem exequeris; ad Majorum Ceras cereus in virtutes, non vitia flecti. Nihil Tibi erat diffici-

ficile, quod non perceperis ingeniô, nihil abstrusum, quod non penetraveris judiciô, Chironibus Tuis feliciorem Te mnostrando Achillem: omnes quod æmularentur singuli quod amarent, Universi quod mirarētur in Te habuerunt. Si ego tacuero ipsa Oratorum rostra loquentur, quæ Tu mellea oris Tui svada, toties animasti, disertus tonando Pericles, Ipse CANTIVS nunquam altiùs evolasse visus, quàm niveis Aquilarum Tuisq; instructus pennis. Sane nullibi Jagelloneus Manipulus pulchriùs scientiarum explicat fructum; quàm in Tuo Gentilitio Campo. Invidebunt exteri soles talia ab Academi umbris in suam lucem posse prodire sidera, quæ ab ipsis non illuminari; sed potiùs videri, exposcent. Recedes à Musis, easdem tamen animo ubiq; Tecum portabis, quibus Te dimittere grave vulnus esset, nisi Tui imaginem mœrentibus reliqveris in FELICE FRATRE Tibi Dilectissimo; qui mirari Palladem Craciam veniens, eandem ipse in stuporem sua capacitate, annis majore provocat. Sed quid exiguis his mentem impendo folijs? quid paginas curo? cùm Tibi integrum TOMUM, THOMAM scilicet, venerabundus offero, quem quisquis relegere volet, Tuos priùs observabit titulos, quisquis scrutari eundem exambiet, priùs Nomen Tuum venerabitur. Oblatum tamen TOMUM istum, eô, quô alios Libros, & ipsum THOMAM amplecteris animô, non dedignare. Tollendis tenebris traditus est, etiam infortuniorum Umbras à Te fugabit, omnia ad sensum tuum referens: titulos, fortunas, honores, quos virtus Tua meretur seriô explicabit. Hoc & ego exopto.

TVI NOMINIS & HONORIS.

CULTOR & SERVUS.

M. ÆGIDIUS STEPHANUS WADOWSKI,
Ph: D. Sch. Rhet. Professor, Contuber: Gieloniani.
SENIOR.

TOMUS
TOLLENDIS TENEBRIS TRADITVS,
THOMAS THEOLOGVS.

THeologorum Titanem, Titaneum Theologum THOMAM, Tullianis titulis tractare tentantes, timor transverberat. A A. Tesqua THOMAS, tremendum tendentibus tractum tonat. Tardescunt Tegeæi talaria, tenentur torque tornatiles Tulliorum thases thesesq; temnuntur temerariæ troporum translationes, teruntur Triariorum tela, tyrio tinguntur tumore tituli, tametsi THOMAM taceant. Tenebrescunt Theologorum tempora, Titane Thomistico transparente. Tria triplicare transnumerareq; tortuosissimum, throno temploq; Trinitatis. Tantilli tenuissimiq; Teopomporum torrentes; Thomistica Thetyde tumescente. Tandem Thesmothetæ (a) Thomistici theron tæ; dam tenet; tragædiam tumulariq; timendum. Tacerent Taciti, titubarent Tibulli, turpescerent Turpilij, terrerentur Terrentij, torquerentur Torquates,

THOMAM laudare difficile.

(a) *Dominici.*

tes, timerent Timones, Timolai, Timocles, trepidarētTheophrasti, Theones, Theodori, Thrasimachi, Theodectes, Titiani, Titij, Trachali, Ticidæ, Tamyræ, Theogenes, Theodij, Tripolitani, Theocriti, Theophili, Terpandri, Tyrresiæ, Triphiodori totaq; turba trepidaret; tantum Theologum, tantum THOMAM tangere tentans. THOMAS titulorum titulus, Tartari terror, Templorũ tutamen, trabes, thesaurus, tempestatum temperies, tristantium tutela Tutorq;, turris tutissima; Theologorum Tripos, Titan, Tuba tonans, tendentium trames, tenentium technas tonitru; turbatorum Templi telum, tenebrescentium tæda, theosebiæ tapinosisq; typus; titubantium, tabidorum, tumulandorũm tetrapharmacum; transcendit totaliter tantos titulos; tametsi tantis titulis tractandus. Tende tamen Tulliana Terpsichore, tollas triphonum, tollas tonum tibiamq, tutiùs. Titanem THOMAS tenet, tunc tenebræ tibi temnendæ, trans Thulen tollentur. Tædam theron trahit, triumphalia Tibi trophæa torrebit. Tumescit Thomistica Tethis, tunc tenuiores Tulliani tui torrentes, trabales transparebunt. Torque tenetur THOMAS, tuas thases tenebit tutiores. Tulliano tenore THOMAM tollere trepidas? tunc tollant THOMAM Tullij, tollant tubales Taciti, tollant Theologi, tu tanquam tenuior, tardiloqua, tituba tantisper, THOMAM TOMUM tollendis tenebris traditum, transnominando. Taliter Te THOMA Thaumaturge titulabo, titulantem tamen Te, tuo tutamine tene, titubanti tubalem triphonum tribue; tenebras Titane tuo tollas transpellasq;.

THOMAS omnibus titulis major.

THO-

Tomos tomorumq; textus, tollendis tenebris tradi, terricolæ, transfluentesq́, temporum tractus testentur. Tollantur tomi, tollentur telluris trabes, tollentur temporum temperies, tollentur tenebrîs terricolæ, terrigenæ, totum tandem tristissimô terminô terminabitur. Tomîs, tomîs, Theologorum tempora titaneo transparent tumore; tomîs Tyrinthiorum Triumphatorum tela, trophæaq; tantisper translucent; tomîs Tetrarcharum trabeæ, tiaræ, throni tenentur; Titaneorum Trionum tenùs tolluntur. Tenebras tantummodò teneremus terricolæ, tomîs transeuntibûs. Torrebatur tetrîs titionibûs tædîsq; tristissimîs Troja, Triariorum terribilibûs tollebatur telîs, tostam tamen tomi tantisper terricolis tradunt. Transierunt Thebæ, tumentes tectîs, turribùs; tunc tamen temporibus, totiq; telluri transmemorantur. Tenuiori textu transponam. Tomi tractata tractant, transacta trutinanda tribuunt, tenebrîs tenebrescentia, tita[illegible]a transformant, tenebras tollendo. Talia tantaq, Thaumaturgum Theologum THOMAM, terris tribuisse, transegisse, tuncq; tribuere, trasagere trutinabitis. Titulos tamen Thomistici Tomi, tenore trutinantium tomos, trutinate.

Trabalia Trinacriæ (a) tecta titulum tulerunt THOMÆ, Tetrarchæ titulîs, trabeîs turgentes, tiarîs tecti textus; Theodora translucidum tot tædîs titaneîs torum, Torrentes tincturam TOMO tanto tradiderunt. Tempsit tamen THOMAS tales tantosq; titulos, termajores, tersanctiores traxit; tragædiam tantummodò trutinate. Tenebatur tenellus

Thomæ illustrissima origo.

(a) *Sicilia*

THOMAS Infans Mariæ titulo schedulam inscriptam deglutit.

THOMAS Tutricis torô, tum tenore tyronũ, teniijs telâq; tenuissimâ tectus, tractabatur, tripudians tenerrimis tentis, tatabat. Tandem tabellam titulô Theotocoos tinctam, telluri transiectam, transpicit; tanspectam totaliter terrâ trahere, tollere tentat: trahunt tollentem, trahentemq; Tutrices; THOMAS tamen tristissimus, tetricus, tenella tempora torvat, tundit, tergiversatur, tussitat, trachomas tristi torrente tingit, tum tanquam tonitruans tonansq; turbatur. Tandē tristē tergunt, tractāt, trans, tenusq; tollunt, tintinnabulis Tyronum tinniunt, tympanisant, tonos tenerrimos tribuunt, tripudiant. Temnit tanta tenellus THOMAS, tabellam trahit, tractamq; totaliter transumit, transglutit, tali transũmptione tum tragædia TOMUS titulandus. Tripudia, tripudia tristissime THOMA, Tomi titulum Tibi tradidi, tenebras tolles terris, Tectam Titane (a) tenendo. Timebunt Te talpæ, timebunt tineæ tuos tangere textus, talis Tutricis tectum tutelâ. Tenuissima testa, Tomum totas tragædias Trojanorum tradentem (b) tenebat; Tu totam Terram tribulos temnentem (c) tametsi tantillus transumpsisti. Terminantem tyronum tempora THOMAM, Theodora, trans torrentes Tetrarchiæ tradit, tractandis tenerorum Teopomporum textibus, trutinandis tyronum tabellis transmittit. Tractabilis THOMAS, totaliter tabellas textusq; tyronum trutinavit; tyrones Teopomposq; transgrediendo. Theologis tantummodò tortuosus, tales tyrocinans theses trutinando, tractando: Trinusne Tonans? tenendusne Theos? tali trutinatione tribuens: tomos tametsi tenuissimos,

Ad studia expeditus tyroQuæstiones de DEO movet.

Theo-

(a) *Mariam Sole amictam* (b) *Iliadem* (c) *Mariam.*

Theologicas tamen theſes tenere tractareq;. Tutelâ tandem Tonantis tractus, titulos, tecta thalamum Theodoræ temnens, Theſmothetæ (a) theronem tædiferum tenenti traditus, tunicam tartareæ turbæ tremendam, tanquam TOMUS thecam traxit; tali tædâ Titaneus, tali therone tutiſſimus tranſpariturus. Tamen THOMAS tanquam TOMUS triſtium, tunc transparuit. Tranſibat tramite tuto, tranſeuntem Theodora, Tyndaridæq; (b) traxerunt tendentem, titulosq; tecta, thalamum temnentem, tetulerunt; tormentis tanquam Tygrides turbarunt. Temnit THOMAS Theodoræ, Tyndaridarumq; tormenta, temnit terrores, tyrannidem tolerat, tandem turri tanquam TOMUS tablino, tum torculari typorum traditur. Ter terribilia tranſaguntur. Tranſmittunt turpem Tritoniam, Triviamq; THOMAM tentaturam, turpi tædâ toſturam; tumidè tectam, tunicatam, topaziis textam, tacitè technas, toxicumq; tenentem Tygridem. Time, time Thaumaturge THOMA, tam turpi tædâ torrendus. TOMUM Te Theodora trutinavit, tineis tradit. Timetne THOMAS? tædam, torrido titione triumphat, totusq; tonitruans, technas tendentem, torret terretq;. Tum, tanquam TOMUS toti tolluri terricolisq; traditus, trans turrim tranſennâ tranſit, terſiſſimâ teniâ, triumphali trophæorum typô tantus technarum Triumphator tranſcingitur. Tali tantôq; triumphô tranſacto, trutinate TOMI tanti textus, tales: Tractans Topicos, Theologicosq; terminos; tangebat, trutinabatq; tortuſiſſimas theſes totaliter (talia tradente Teralbo, tunc

Dominici Regulam & habitū accipit.

A. Fratribus captivatus in via, à voto Religioſo abducitur.

Mulierem turpia ſvadentem titione pellit

E carcere feneſtra liberevadit, ab Angelo zona præcingitur.

Scientia THOMAS non inflantur.

(a) *Dominici* (b) *Landulphus & Arnoldus Fratres.*

Theologiæ Trutinatore, tandem Tiaræ Tenutore) (a) trutinatione tamen tolli, tumescere, timebat, temnebatq; tomorum tenore: tercenta theoremata tenentium; tamen tenendo tacentium.

Ob modestiam bovis cognomen recipit.

Tunc Turmales (b) Thomistici, THOMAM taurinô titulô tractant. Transeat titulus tantus; tergorate THOMAM tunicâ talî THOMAS TOMUS, tergorari tenetur; tacet tantisper, tubalis tamen tonabit: taurus THOMÆ tacenti traditus, trahet tersissimum Titanem, trahet trecenta talenta.

Titulos spernit Doctoratu cō tentus.

Taliter translatum; traxit titaneos titulos, tutiùs tradam; trahebant THOMAM tituli, trahebant Tiaræ, throni, togæ, trabeæ, temnebat tamen titulos, tiaras, trabeas thronosq; trahentes, Theologicam tantummodò togam, thallum, thynicumq; tenendo; tum Tetrarcharum titulos tineas, tonitruaq; trutinans, teri, torreri, tanquam TOMUS timebat.

Spiritus S. in forma Columbæ Secreta THOMÆ reveiat.

Tollantur TOMI Traditoribus, tumescant tradentium titulis, Thomisticū Tomū TURTUREUS TRINITATIS TONANS (c) terris, terricolisq; trutinandū tradidit. tum tanquam tranquilla turtur, toties THOMÆ tempora transvolando, tegendo, textus tortuosissimos turtureô thallô, tacitè transnotabat, translucidabat. Tantumne? thaumaturgè THOMAS TOMUS traditus, thaumaturgam transprobationem tulit.

Approbatur à Crucifixo Christo ejus doctrina.

Trutinabat timoratus, theoleptus, tristissimum Thronum, trucidati, transfixi, tyranniceq; tractati Tonantis (d) tandem trutinabat Theologicas theses, textus, terminos; Trutinanti, tristissimus Tonans, talis tenoris transprobationem tribuit: Terbene tradidisti THOMA; tantæ traditioni tribulationibusq; tuis, transignari trabeam

(a) *B. Albertus Archiepiscopus.* (b) *Condiscipuli Thomæ.* *C. Spiritus Sanctus* (d) *Crucem CHRISTI.*

beam tendisne? THOMAS taliter tonum tollit: Te tantummodò trahere tendo Tonans Tristissime. TOMUM tollendis tenebris traditum THOMAM titulavi, taliter talemq; tenete: Templa turbabant templorum turbatores, Ternione Tiararum Tectus (a) tremebat, templa, thronumq; tiaratum tolli timebat: THOMAM, tanquam TOMUM trahit. THOMAS trans Tyberim tendit, tramitem tortuosissimum tolerat, tenebrasq; tantas Titane Thomistico tollit, templorumq; Turbatori (b) terribilis transparet taliter titubanti: Tolle THOMAM, tollam templorum triclinia, tollam Tonantis, Tutelariumq; tabernacula. Tantumne TOMUS Thomisticus tenet? termajora trutinate. Trux terricolarum tyrannis, tumulorum turrix, tristis, tartareaq; Trivia (c) Turmalē trucidatum Thomisticum (d) tumulo tradidit, terris tetulit; tumulatus traditusq; terris Turmalis, THOMÆ transparuit, taliter tribuens: Tene THOMA, talia trans tellurem tractari, tanquam Tu tomis tuis tradidisti. talis, talis Trinitatis Thronus, talia tributa, talis tripudiantium tonus, talia Tutelarium tabernacula, tales triumphi; tandem talis Tartarus, talis tartari tyrannis, tristitia, talia tormenta, tanquam Tu tradidisti THOMA. Transvertite TOMI tandem tabellam. Transibat THOMAS Thaumaturgus, tramite trito: transibat trans THOMAM, tabidarum tristissima, (e) tantumq; tunicæ talaris Thomisticæ, textum terminumq; tetigerat, tantisper tactu tunicæ tumor tabidus transijt, tumulandam totaliter transmisit, tristem, tripudiantem, transformavit. Tunc

Romam veniens, ad Hæreticos sedandos mittitur illis metuendus.

Socius THOMÆ post mortem apparet, & talia in Cælo tractari, ut Thomas docuit, nuntiat

Fæmina ægrotans tactu tunicæ eius sanatur in via.

 tales

(a) *Summus Pontifex* (b) *Buccero.* (c) *Mors* (d) *Socium Romanum.* (e) *Mulier Hæmorrhoissa.*

tales Thomiſtici TOMI textus, tales termini, trutinate tandem tàm thaumaturgos tractatus.

In via morbo impedito Cælum ſtellam demittit.

Tendebat THOMAS, tertiò totiesq́; turbantes templa, turbaturus, theſes Theologicas, Tribunali Theologorum (a) tranſplicaturus, tandem tendens, tumore tenetur, torquetur, teritur. Triones tamen, tempora Thomiſtica, tanquam Titane tractant, thaumaturgè Trionibûs tranſmiſſo. Termajores tractatus trutinate. Togata Turba (b) Theſmothetam Theotocoos Tullium (c) tenens, traxit turbatum triſtemq́; THOMAM, tantumq́; Theologum tubaliter tractare tentat. Trapezam THOMÆ tranſponit, tranſpoſitam toraliô tegit, tectam tragemmatibûs, teſtis, turturibûs, turdîs, tetrinionibûs, traxeâ tranſornat. Tandem THOMAS talia tractamenta temnens, tanquam Thaumaturgus, talem tragædiam tribuit: turdos, turtures, teſtos, traſmutat tincas, tructas; tranſmutatas transſumit, totâ turbâ tales tractatus tollente, tùm timente tùm tripudiante. Titulîs, textibûs, terminîs, tractatibûs THOMISTICI TOMI traditîs, terminum tandem, tanquàm totiſſimè traditi, trutinantibus traduco, taliter. THOMAS, thalamô triſti tametsi torquebatur, Tonos tamen Tonorum (d) Theologicô thallò tubôq́; tranſponebat, tùm tanquam TOMUS TOMIS tragædiam terminavit (e). Terminus THOMÆ, tragicum thearum tulit. Triſtatur, trænodiam tergeminans tota Turba, terminatum TOMUM THOMAM tenens, tandem tragicô triumphô, tumbæ tanquam thecæ, tumulandum tradit. Temnite tamen triſtitiam, Teopomporum, Theo-

Ciboscarneos in piſcesmutat, omnibus ſtupẽtibus.

Ægrotus Cantica Canticorum exponit & moritur.

(a) *Concilio Lugdunensi.* (b) *Ciſterſienſium ordo* (c) *Bernardum.* (d) *Cantica canticorum* (e) *mortuus eſt.*

Theologorumq; turbæ, THOMAS TOMUS tametsi tumulatur, tametsi tumuli tenebris tegitur; totaliter tamen tenebras tollet, temporibus transituris, textus thesesq; tradet. Taliter transactum: THOMAM, Tiaratus Templi Templorum Tenutor, (a) tumulô traxit, Tutelarium Tomo tradidit, triumphaliterq; Tolossam transtulit. Translatus THOMAS, Tolossanis tripudia tribuit, thaumata tradit, tenebras tollit, tristitias temperat, tabidos, tumulatos, tumulandosq; thaumaturgè tractat tractabitq;. Tantisper THOMAM tenuiori Tullij tenore tractabam, tantisper titubabam, terminatus tandem THOMAS, titubantem terminat, taciturnitatem tribuit. tunc tacebo. Te tantummodò Tulliana Thomisticorum Tyndaridarum, templum Trinitatis tenentium Turba (b) tenuiori tango textu, tantumq; TOMUM Tibi tenendum traditum, tripudio. Transpares tot Theologis, tot Tullijs, Teopompis, tot Tiaris tubalis, tribuendo terris, templis, Tobias Turscios, Thadæos, Tuscos, Theodoricos, Theophilos Trapæios, Thomas, Thables, Thomas Templarios, Thomas Thomasellos, Thomas Thomasinos, Thomas Toletanos, Thomas, Torquemandas, Thomas, Trantiquadrenos, Thomas, Truxillos, Tilmanos Timargenses, Thomas Theoreticos, Turcos, Thomas Thurecrematas, Theodoros, Thadæos Timotheos, TheodoricosTheutones, transpares Thomisticô Titane, tædâq; tuâ Titaneâ. Tu, tu Templis, templorumq; Triclinijs, Theologicis tabernaculis tonitruas, tum tanquã Tuba tubalissima tonas, tenebras

Miraculis post mortem claret.

D trans-

(a) *Summus Pontifex* (c) *Ordo Prædicatorum.*

transpulſando. Tenent, tenent Templa tot triumphalia trophæa, Tibi tamen, Tuoq; THOMÆ, talia tribuunt, tribuentq;. Titubator Thomiſticus, tanquam tenuior, tacet: tacendo tubalis. Tu tandem Thaumaturge THOMA, tollendis tenebris tanquam TOMUS tradite, tollas trans Triones tuum tonum, tollendo tenebras, tollendo terricolis triſtiſſimâs temporum tempeſtates: Turbatores templorum tempera, turbulentos tumultus trans tartareos terminos trudas. Tiaratum Tempus telô (a)transfixum, tuo tutamine tutiſſimum teneas. Templum Ternionem Tiararum tenens (b) tueare: trecentas trinis tribuas Tiaras. Tercentenos temporum tractatus traducentem, Thomiſticos tuos textus tenentem, tutantem, Tyronum Tutricem Tritoniam, (c) Theologiæ, Themidis, Topicæq; theatrum, teneas, tueare. Turbatores, technas tantæ Trabeatorum Tutrici Tyronum tendentes, temperes. Turres trinas (d) tegas, tegendo trans Triones tollas. Toti tandem terræ, terrigenis, terricolis, talis TOMUS tranſpateas, tanquam tenui. tibia.

TITUBAVI.

(a) *Antiſtitem Crac.* (b) *Capitulum Crac.* (c) *Academiam Crac.* (d) *Cracoviam.*

Ad M. D. G. B. M. V.

CRACOVIÆ TYPIS ACADEMICIS.